

# PITYOGRAPHIA.

217



IN AMPLISSIMAS IL LVRRISSIMI PRÆs  
tantissimiq; Doctoris Roderici Pinarij Portugallensis Epif-  
copi laudes, egregiasq; dotes, cum generis, titulorum, ac virtutum eiusdem in  
signi commendatione, graphicaq; ornatissima villa Sanctæ Crucis de  
Maia descriptione Libri duo, cum annotationibus & scholijs.  
Cadabale Grauió Calydonio auctore.

Subjunctæ Inquisitionis, ac Ordinariæ auctoritatis examen.  
Excudebat Antonius Gonfales Typographus Olyssipone. Anno a gloriofif-  
simæ Virginis sacratissimo partu. 1568.

## Operis argumentum.

**R**edenntem Olyssipone Cadabalem Grauium iuxta Conimbricam equus calcipeta in os ferrato sic percussit pede, vt parum abfuerit, quin expiraret. Per viginti dies manante sanguine mortuus sine vlla salutis spe ab omnibus existimabatur. Inde Portugaliam ægre venit. Ad præstantissimum, beneficentissimumq; doctorem Rodericum Pinarium Portugallensem Episcopum ruri iuxta mare philosophantem, famulum suum iam ferme moriens ( vt dilectissimū Mecænatem suum ante obitum salutaret ) præmiserat. Puer abiit, literas Episcopi iucundissimas cum auro reportat, quibus lectis Cadabal Grauius in pristinum statum a mortis limine reuocatus est. Pro tali beneficio, ac singulari munere insignes titulos, egregias virtutes, generosos animi conceptus & immortale decus eiusdem, non sine magno constantis amoris testimonio graphice depingit.

### De partibus huius operis.

**E**x huius operis partes existunt. In prima describitur pinus cum aubus, earumq; vocibus. In secunda Pityos & Atyos antiquissima metamorphosis. In tertia depingitur terribilis Leo, cum clarissimi Episcopi Roderici Pinary viri virtutum, titulorum, ac nobilitatis encomio. In quarta ornata, et eleganter constructa villa eiusdem præfulis, cui nomen Sancta Crux de Maia, cum edificijs, hortis, plantis, luco, sacrisq; Diuorum templis concelebratur. In quinta suprædictorum cum auctoris asseueratione in beneficentissimum virū testificatio est. In sexta vero perquā iucundus Lethis ac viatoris cuiusdam colloquium, fontiumq; septem varie inscriptiones cir

ca suam habentur. His quoq; doctissimi viri Ioannis Roderici de Sa Portugallensis arcis præfecti de rustica vitæ principatu ad.ect. carmina sunt.

Ioannes Rodericus de Sa Portugallensis arcis præfectus  
à consilio Lusitanix regis Cadabali Grauiio  
Calydonio. S. D.

**Q**Uoniam ex amicorum literis intellexissem, te non fucatis, sed veris ac proprijs coloribus illustres titulos, raras animi dotes, præstantem virtutem, egregiaq; opera beneficentissimi, ac per inde vigilantissimi domini gregis pastoris Roderici Pinary Portugallensis Episcopi, (cui pares pro singulari beneuolentia gratias agere vix queo, referre vero nequaquam, cui etiam plusquam vt vnquã soluendo esse possim, pro illius crebris in me beneficijs debeo) pro tua virili depinxisse, eiq; bene merito de te, optimo iure laudem, gloriamq; dedisse, me non continui, quin statim ad te (non sine pudore tamen) versus, quales ego vel Cluuienus ille, in tanti viri encomiũ, mitterem. Quibus ruris habitationem Christi, Prophetarum, ac aliorum exemplis probo, laudo, exosculor & amplector. Nam quum duplex vita sit, scilicet rustica & urbana, antiquior, studijs aptior, accommodatior, & homine libero longe dignior rustica est. Hos tamen (qualescumq; sint) si benigne emendaueris, tanquam ex tua officina in lucem prodire non timebunt.

Vale. Portugallie Quarto

Calend. Septemb.

Anno: 1568.

Petyographiæ.

Disertissimi viri Ioannis Roderici de Sa Portugallensis  
arcis præfecti carmen, in Religiosissimi docto-  
ris Roderici Pinarij dei gratia Portugal-  
lensis Episcopi encomium.

**T**E tua villa tenet, sanctæ venerabile nomen  
Quam Crucis exornat, non procul à pelago.  
Hic lapsis habuit sæclis memorabile fanum  
Mater Atlantiadæ, regna tenente Ioue.  
Hic fuerant Dryadum, Satyrorum & mille recessus  
Quondam, & Sylvanis mansio grata Deis.  
Frondea nec mirum præsul si rura frequentas,  
Pastor erat Moses, pastor Apollo fuit.  
Pastor erat Moses cælesti territus igne  
Quum extiit, ex viridi voce sonante rubo.  
Pastor Apollo fuit, posito deitatis honore  
Admeti regis pauerat ille boues.  
Deucalion Pyrrha cum coniuge rusticus vndas  
Fugit, & eripuit pro pietate Deus.  
Quum Paris vmbrosa tria numina vidit in Ida,  
Pastor agebat oues, pastor & ipse Iacob.  
Mercurius pavit per devia rura capellas,  
Quum secuit cinctum lumine falce caput  
In caulis cecinere Deum ad præsepia natum  
Pastores olim, pascua grata Deo.  
Assyriq; patres villas, & ouilia, & agros  
Incoluere, greges duxit in arua David.  
Rure morabantur prisca, per prata Prophetæ  
Sæpe vagabantur, ruris amica quies.

Mangoniza-  
ta villa miris  
exornata mo-  
dis clarissimi  
viri. Rod. Pi.  
dicit S. Crux  
de Maia. Di-  
stat quatuor  
Mil. à Port.

Afsi. pa. vt  
Abrahâ. Lot,  
Iacob, & ceteri  
Patriarchæ  
Ruris omnia  
suggerētis cul-  
toni.

Quumq;

Quumq; domum celsam, sacratq; templa reuisis,  
 Præclaramq; urbem, rura beata petis.  
 Contentusq; tua Præsul placidissime forte,  
 Ætatem degis more patrum veterum.  
 Littus ad vndosum, quæse mare parte recepat  
 Veliuolum, gemitu quod tumet ac residet.  
 Et fremit interdum, ventisq; immurmurat, atque  
 Accipit ex varijs flumina nata locis.  
 Et modo mitescit, fluctusq; resorbet ad inum,  
 Halcyonesq; natant, nidificantq; vadis.  
 Posse latere putas studijs immerſus honestis  
 Inter conualles, qua fluit vnda micans.  
 Sed Cadabal Grauius populos diffundit in omnes  
 Virtutem, & titulos, perpetuumq; decus.  
 Is leuat in cælum teipsum, & prælustribus ornat  
 Cantibus, Andino dum mouet ora sono.  
 Quid tibi nunc maius præsul Roderice, vel vrbi  
 Accidere huic nostræ per tua dona potest?  
 Gaude magne pater vatum spes certa tuorum,  
 Præsilium miseris, qui dare sæpe soles.  
 Tu decoras urbem Gallorum & mœnia, nec non  
 Lusitanorum gloria summa venis.  
 Gaude, namq; omnes, Phœbus quos cernit & audit,  
 Norunt, ò felix terq; quaterque pater.  
 Clarificat vates Grauiorum stirpe creatus  
 Te ac se, quum laudes tollit in astra tuas.  
 Tecum igitur volitat, nullum moriturus in æuum,  
 carmineq; vnius viuet vterq; simul.

Andino. i. Virgiliano, ab agro sic dicto.

Omnia Solvidet, et audit apud Homerum, atq; Maronem.

Pityographiæ.  
RODERICVS PINARIVS DEI BENIG-  
nitate Portugallensis Episcopus, suo Cadabali  
Grauius Calydonio non vulgari  
oratori, ac Poetæ.  
S. D.

\*\*\*

 *MM* ruri maritimis agerem locis, ex tuo Mercurio literas, quas ad me dederas libenter accepi, quibus turum erga me singularem, & Herculeo (quod aiunt) nodo coniunctum amor emper spexi. Cuius nō modo aliquam significationem, sed expressam prope imaginem ostendebas. Quinq; auide legerem nihil tale timens, te aduersa valetudine, quod minime vellem, vexari cognoui, idq; grauius molesteq; tuli. Aiebas enim te ad proprios iam redeuntem Lares, iuxta Conimbricam collegijs insignem, honestisq; studijs hac tempestate florentem, quum cadentem puerum subleuare voluisses in os ab sternace sturcone percussum maligne fuisse, diutiusq; exanimatum solo iacuisse, incredibilem sanguinis (qui vitæ sedes a Philosophis existimatur) copiam lethali vulnere fluxisse, duo de viginti des sine sermone desperata salute veluti cadauer, in lecto parum commode iacuisse, Portugalliam tamen non sine labore pedetentim peruenisse, melioremq; aliquanto Superis gratia, statu esse. Vix perlegeram, Hæm meus Cadabal inquam male habet, ægrotusq; iacet, et forte (quod absit) in feliciter moriturus. Qui paulo ante inuidiosissimorum Christianissimorumq; Lusitania regum amplissimas laudes egregiaq; gesta nimis expedite decantauerat. Hæm non satis erat  
nuperrime

nuperrime ponti terribilia vidisse monstra? aduersis ventis, iratoq; Neptuno per tumentes fluctus, frementia littora & gementes scopulos non absq; magno capitis periculi, & intolerabili iniuria cæli nauigauisse? & Vlyssipone inter Æthiopes, ac Garamantas sub ardentissimo Sole natos vixisse? Hæc necnon alia complura id genus mi Cadabal, quæ dolor ipse pro tempore suggererat, mecum humanæ fragilitatis memor animo voluebam.

Sed hæc hæctenus. In Epistola tua mihi immortalẽ gloriam (si qua est in humanis) te tuis daturum scriptis polliceris. Pro tua in me constantissima beneuolentia habeo gratiam. Mihi satisfuerit si Deo opti. maxi. Redemptori meo viuam atq; moriar.

Nam sepulchri, ad quod discutiendum sterilis valent mala robora fici, vt cum tuo Satyrographo procedam, istarumq; insignium laudum, quas ego non noui, nec in me sutas esse intelligo, facilis est iactura. Ad hæc non me dignum esse iudico, quem tu ab obliuionis rubigine exemptum reddas. Nec enim benigna est materia, in quam tuos intentas neruos, dignus quidem qui maiore plectro canas. Satis ac satis abunde per me confectum iri duco, si non diu morturam hoc mortali caduocq; corpore animam seruatori meo serue. Certo scio tamen pro tua exuberante doctrina, & authoritate eos, quantumuis infimos immortalitate donari, posturisq; notissimos fore quoscunq; soluto sermone, siue mellifluo Mæjarũ cantu collaudaueris. Cuius quidem rei inq; argumentum, ac diurno clarius splendore testimonium præbent illa tuo digna ingenio carmina, quæ de clarissimi regis Ioannis non dubitabili Apotheosi, prudentissimæq; reginæ Catharinæ lugubri lamentatione, deq; vniuersali Cataclysmo, Herculeisque

Iuuenalis 10 Satira. ad quæ Discutienda valẽc sterilis mala robora fici, Quandoquidẽ data sunt ipsis quotq; fata sep.

Petyographiæ.

laboribus in lucem dextro Ioue superioribus diebus edidisti. Quæ ut legi ac singula quæq; notavi, non mediocri sum affectus gaudio. In quibus nihil non profecto, (nec equidem aliter sentio) sublime, rotundum, elegans candidum, expolitum, locupletatum, concinnum, splendidum, luculentum, oratorium ac denique tuum apparebat. Ad hæc quod magis miror, nomina erant ipso pene timenda sono. Puer tuus, quem à velocitate facilitateq; dicendi paulo superius Mercurium appellare libuit, sic omnia de te mihi retulit, exposuit ac enarrauit, sic tuam induit egitq; personam, ut quum eum audirem, te presentem loqui videre mihi viderer. Sed quor sum tam multa de meo in te amore? nempe ut intelligas me tibi esse atq; etiam fore semper amicum, teq; habere neminem, cui magis gratus existas. Quod si vlla mihi occasio euenierit, ut in te aliqua beneficia conferre possim, quamuis magnò montium regionumq; interuallo secludamur, nostrum non desiderabis officium. Duas aureas minas, ut habita salutis ratione longi tædium itineris facilius feras, immensiq; laboris nonnulla pars minuatur, mitto plures missurus, si me Gallorum portus, ut rus habet, haberet. Hæc tamen interea equi boniq; consulas velim, & à me semper meliora spectato, nisi quam enim tuis dum modo possim commodis defuero, quòd quidem omnium gratiam & amorem pro mereris. Vale. Ex Sancta Cruce de Maia, de qua te non nihil scripturum esse ais. Quod ut video, superuacaneum est. Non eam mi Cadabal mihi, nec meis, sed venturis (ut vera loquar) Episcopis præparare, nec non exornare in animo est, vnde mihi hoc laboris accreuit.

4. Calen. Ianu.

Anno. 1565.

\*

Illustrissimo

Illustrissimo ac perinde religiosissimo doctore domino  
 Roderico Pinario, à consilijs Lusitaniæ & Algar-  
 biorum regis, Episcopo Portugallensi Ca-  
 dabal Grauius Calydonius plurimã  
 felicitatẽ, atq; summam beatitu-  
 dinem pre-  
 catur.

**Q**Uum mihi ab equo parum feliciter impacti vulueris incre di-  
 bili adhuc dolore cruciarer, iamque necessitati nature fer-  
 me satisfacere statim moriturus, anima Redemptori meo ( qui  
 me finxerat ) prohumana fragilitate preparata, in grauiorem ex  
 crudis contractum cibus morbum incidi. Num me vna omnium in si-  
 diosissima, ne dicam mortifera, atq; simul Ætna flagrante ardentior  
 febris abhinc sedecim dies sic inuaserat, vt non solum in arterias aut  
 venas, sicut ceteræ solent, sed etiam in artus, in viscera, in ner-  
 uos, in ossa quoque & medullas intabuerat. Quæ sic miserum de-  
 bilitauerat necnon adflixerat, vt non viribus modo, sed corpore pe-  
 ne consumpto distaberem. Medici simul & amici  
 deploratæ valetudinis, ( ne me grauius affectum vi-  
 derent ) reliquerant abeuntes. Non pauci captato-  
 res tanquam vultures ad vnum cadauer, nescio quid  
 mihi in aurem susurrantes conuolauerat. Inter quos  
 vnus, cui nimum prolixa barba, talarisque vestis e-

Captatorũ hy-  
 pocricarumq;  
 dolosa, ficta si-  
 mulatq; mēs.  
 Egrotantib; vl-  
 tra graues mor-  
 bos haud de-  
 sunt varij cru-  
 ciatus, animo-  
 rumq; distor-  
 siones

rat

Pityographiæ.

rat, impense ac magis mihi sollicito satis importunus interpellator adhærebat. Hic quadam ficta, simulataq; sanctimonia, religiosaq; ostentatione in cælum modo sublatis, modo demissis clausisq; oculis significare mihi adnitebatur, se esse quocum in tempesta nocte Superi loquerentur. Quem quidem ego potius pro meo arbitrio hiantem lupum, rapacem ve milium adhuc mentis compos animo ducebam. Is omnibus amotis, vt denuo testamentum derogato priore conderem, hæredemq; relinquerem, si post mortem æternas pœnas, profundosq; Manes effugere, atq; in cælum Empyreum euestigio rapi vellem, omni conatu sua debat. Cui ego summissa (quod potui) voce respondi. Alea iacta est amice, aliam concute quercum. Ille tunc indigna bundus, & quasi furens Gorgonis ac Martis irati supercilio terribili toruoque vultu, simul & ex obliquo intuens discessit à me. Vix abierat, quum hospita mea annos nouaginta nata puella, curiosissima lamia, ne dicam pannucea Baucis vel suffar cinata Canthara, quauis pica loquacior, & ipso Ibersite deformior accurrit, & pium Sacerdotem iam inde mihi a puero notum, qui mihi semper præsens erat, quocum vno, quæ ad fidelem Orthodoxum attinebant, composueram, valde rogat, vt tantisper concedat. Bonus vir de meo sollicitus morbo incubuit fenestrae. Ipsa vero pectus brachiaque leuiter tangens, sinistra super oculos imposita horrendo tonans murmure, veluti mihi exoptatam, vt sanctissimo Redemptori meo, tuisque commodis duntaxat viuerem, incolumitatem precaretur, scilicet ne quod maligna excogitauerat mente sentirem, furæe dextra mihi omnem ab iniuictissimo Lusitaniæ

Algar=

*Algarbiorumque simul Rege Sebastiano, Caroli Quinti Caesaris Augusti Germanorum triumphalis Imperatoris, atq; serenissimæ beneficentissimæque Reginae Catharinae non aspernando ne pote datam paulo ante pecuniam subpuluino conditam (non aliter quam si esset Harpyia Celeno) rapuit, occultataque si*

Occul. s. pecunia.  
Arpyia tres fuerunt  
Aello. Ocipite. Ce  
leno. Verg. 3. E-  
neidos.

*nu se mihi frigidam ire quaesitum ait. Vide-  
rat hoc Presbyter, obiurgat, deinde aurum  
absque mora quod inter putres latebat mam-  
mas nimia eripit celeritate. Illa audace atq;  
minace respondit voce, se (nequis subtraheret) argentum ser-  
uare voluisse. Haec & alia quæ referre pudet, mihi præter  
spem contigerunt humanissime Præsul, quæ & si mihi aduer-  
sa valetudine iacenti stomachum fecerant, nullum præ dolo-  
re verbum locutus sum. Quumque vltimus vitæ adesset fi-  
nis, iam deficiente spiritu, caligantibus oculis, inæquabili ac  
formicante venarum pulsu, supino assiduoque cubitu, lethi-  
fero modo calore, modo rigore per totum remeante corpus,  
iamque expirans inenarrabili videndi te, in cuius clientellam,  
patrocinium & voluntariam seruitutem (quam thraces, Sau-  
romatae, Getæ horribilesque Turcæ ferre non recusarent)  
sponte mea me tradideram, rus que ad te profectum puerum  
meum (qui me per tot rerum vicissitudines secutus fuerat)  
desiderio supra modum torquebar. Adhæc mihi ante mor-  
tem tuas Græce atque Latine egregias laudes per occupationes  
scribere non potuisse quam dolentissime ferebam. Quumque  
repente misero tenebrosa nocte dies obscurior videretur, nulla-  
que viuendi spes mihi, propter intolerabilem ægritudinem relicta  
esset,*

Pityographiæ

esset, magni Prophetæ Psalmos recitante sacricola, solo viuento corde in illa medio tempore, de quo multa Gellius. Ecce puer adest eques, qui pedes paulo ante abierat à me, literasq; tuas non solum saccharo & neclare, sed etiam ipsa vita dulciores diligenter mihi obtulit. Quibus acceptis, auditog charissimo nomine tuo, videlicet (non aliter quam Glaucus gustato melle) reuixi. Ignea febris abiit. Amissa lux, vigor membris, animus, mēs, color, torpentes imo penitus extincti sensus protinus rediere. Grauis denique recessit cum pallore dolor. Statim talarem vestem, sericum galerum, cumq; thorace soleas poposci. Epistolam ex pueri manibus nuper arreptam dicto citius, non sine lachrymis præ lætitia præcipitater legi. Quumque tantopere te de meis infortunijs & incommodis tam miserabiliter angi, & quanti me abiectæ sortis hominem Gallæcum, hoc est barbarum, incultum & ineruditum, non tamen humili genere natum faceres, intelligerem, & si in aliud felicius tempus responsum differre per ægritudinem non indecorum inter sapientes haberetur. Me non continui, quo minus ad te tremantibus adhuc digitis (ne me tuorum erga me beneficiorum immemorem arbitrareris) rescriberem. Vt saltem pro mea retusa & inerte rusticitate immutabilem (qua te merito prosequor) benevolentiam quoquo pacto ostenderem, aut aliquo modo significarem. Primum omnium omnipotenti Deo visibiliū & inuisibiliū opifici supremo, (quod te virum sapientissimum, vtriusque iuris & sacræ philosophiæ studiosissimum, bonarum artium clarissimum affectatorem, Dominici gregis vigilantissimum pastorem, catholice fidei & militantis Ecclesiæ acerrimum defensorem, miserorum & adflictorum tutissimum portum, ac præsidium nobis imo

nobis imo nostro seculo pro sua inefabili pietate & inexhausta bonitate diuina, & prouidentia quadã dedisset ) Immortales gratias suppliciter egi. Quod ad me scripseris, meq; indignum tuis iucundissimis literis ( quarum admirabilis stylus doctus, grauis, compositus, amabilis, excussus, emunctus & ingeniosus, in quo nihil vulgare, nihil triuiiale, nihil concisum, nihil deniq; humile videbatur ) dignum existimaueris, ac pro tua in me singulari beneficẽtia, et humanitate diligenter ornaueris, supra modum extuleris, leonina pelle indueris, ex musca Elephantum feceris tantumq; tribueris, & si veterem illam Ciceronis, atq; Demosthenis eloquentiam sortitus fuissẽm, quantum tibi debitor & obnoxius sim, & si pro virili parte conarer, pro vt equũ est, exprimere non possem. Nec mirum est, quum in te vno mirifice omnes eniteant, eluceantq; virtutes, generosa nobilitas, constans iustitia, regia liberalitas, virilis animi magnitudo, clementia, placabilitas, omnium voluptatum abstinentia, & tuendæ Christianæ religionis ( vt vno verbo multa complectar ) inenarrabilis amor. Quas rarissimas dotes nulla temporum, ( dum mundus erit ) vnquam abolebit iniuria. Quod egregias laudes & gloriosæ famæ præconia, inanemq; mendacis strepitum populi, & fastosi tumuli iacturam sic contempnas, sapienter quidem pro tua exuberante doctrina, vt alia, dicis ac facis, quum omnia, quæ sub lunari circulo sint, non stare diu, facileq; perire, aut mutare formam videas. Sed licet ipse subterfugias, quantum queas, & Hierosolymitani Episcopi Narcissi more deliteas, teq; in latebras & deserta loca recipias, tantum virum & de republica Christiana tam bene meritum ignotum posteritati fore, non solũ equidem non patiar, sed etiam æternitati commendabo. Si mihi sint comites Musæ, si dexter Apollo. Te profectò, te inquam, qui pro nostra salute ab altissimo Patris throno descendit, impense diligit, & ad maiorem gloriam dignitatemq; seruat. Cui plurimum præter ceteros de-

Pityographia.

bes humanissime praesul. Ille tibi proprietate generosum spiritum, graue iudicium, diuinum ingenium quo agere tam multa, non labilem memoriam, qua omnium quae semel legeris aut audieris reminisci potes ( vt heroicam praestantis corporis habitudinem praetermittam, quae multum momenti ad felicitatem, & fortunae commoda creditur habere, natiuaque in dolem ( nisi se ipsa deserat ) non parum iuuare solet, caelitus largitus est. Quod soli Deo opt. max. viuere, mori, velis, prudentissime atq; sanctissime ( vt religiosissimum antistitem decet ) abs te prospectum est, & verae sapientiae tam bene iactata fundamenta exosculor, amplector, & tota mente probe. Ego quoque ( vt ex animi sententia loquar ) iam dissolui & esse cum seruatore meo in aeterna requie, hac lachrymarum valle relictam, velle, & hoc nostrae miseriae breuissimum stadium finire cuperem ad exemplum Pauli, atq; Iob exclamantis. Heu quam prolongatus est incolatus meus super terram. Sed me formidabilis ille dies, dies terribilis ille perterret, in quo a miserabili corpore, hoc est ab ergastulo caeco discedet anima tristis, incommutata, dubia, gemens. Quapropter aliquot saltem diebus radiantis gratiam Solis, nitidi splendoris caeli, mutabilem Lunam, fulgentia sidera, geniales platanos, Graecorum & Latinorum monumentis toto celebratas orbe, & patula ramorum lasciuas opacitate lotos, ( quas ego primus omnium ab hinc octingentos annos nominatim Hispanis ostendi, quum antea nemo praecellentes arbores ( nisi fallor ) nouisset apud nos ) Proceras nimium perpetuoque frondentes, tuisque superbis nunc magis titulis nobilitatas pinos densos fructices, amanos colles atque etiam molli fronde vestitos, irriguas valles, florentes agros, viridantes herbas, illimes & gelidos fontes, spaciosum mare, tot littorū harenosos anfractus, tot insulas, tot promontoria, vagos flumio-

rum discursus, smaragdinas montium celsitudines, opacorum nemorum, lucorum, sylvarumq. gratissimas umbras, tot gemmarum colores atq. vires, tot deniq. operantis occulte Naturæ (vltima illa que sua recondit maiestate) miracula bene beateq. viuendo videre, non absurdum est. Omnia enim que mundi circumflexus continet, non alij vsui quam spectaculo & mentium sacrarum admirationi maximus ille Fabricator orbis destinasse videtur, idq. voluisse, vt in perfectissima varietate, & operis immensi medio rationis capaces oblectaremur aliquando. Heu quàm triste mori, quàm triste orbari vita. Heu quàm miserum est tot, & tam multiplices rerum facies, tot vultus, tot hominum formas, tot dulces amicos atq. sodales relinquere. Proh dolor quam multis, qui supra communem mortalium sensum sapere cepexint, hoc durum fuerit. Expertus equidem loquor, expertus inquam, quippe qui nuper moribundus terribilem (membrorum, ac spiritus pene facta dissolutione) mortem degustauerim. Sed hæc hæcenus, ne plures lachrymarum causas, (minuendi vix inuenta ratione) exaugeam. Que tu doctissime Præsul pro tua incomparabili prudentia, omnigenaq. eruditione qualia sint, multo melius atq. facilius iudicabis. Cui omnia explorata, comperta & quauis meridiana luce clariora sunt. Quod in me præterea te beneficia collaturum data oportunitate dicis, nouum non est, sed proprium & natium, hoc est duobus tributum modis. Quorum prior insignem antiquissimi generis nobilitatem, alter vero Horoscopi tui benignissimum astrum, quod te feliciter nascentem afflauerint, signat. Optime abs te mecum actum esse semper, & vbique terrarum haud inficiabor. Satis superque hoc vnum fuerat expiranti cū Etæ necessaria, ac salutem, vt paulo superius retuli, dedisse.

Nam

Nā quod spiro valeo, omnipotentis Dei tuiq; muneris est. Duas mi-  
 nas tuo vati ad subleuandum longi itineris laborem mittere, plures,  
 si ut agricola, politicus esses, missurum asseris, ego vero quatuor acce-  
 pi, male igitur numerasti, sed magnifice dedisti. Tantum munus et  
 tan gratum beneficium tibi rependere, non est nostræ opis, sed  
 illius qui omnia potest. Quorum tamen ipse haud obliuiscar quamuis  
 Letheas bibam aquas, & sub mandragora cum Gnosio Epimenide  
 dormiam. Me quum primum domum (nec enim procul abest) contu-  
 lero, constantissimi amoris ergate mei aliquod (si quid humanitus  
 mihi non contigerit) saltē specimē videbis, & quāta potero breuitate  
 ad te reuertar, vt tibi totus inseruiam. Nunquā enim tuorum erga  
 me beneficiorum memoria, quoad viuam, intermoriatur. Vtinamq;  
 tam adesset exoptata mihi facultas, quā adest, aderitq; semper tibi  
 pro tot collatis in me muneribus gratificandi voluntas. Interea tamē  
 hoc nostrum extemporaneum, & à me pingui (quod aiunt) Miner-  
 ua, in tuos præclaros titulos, insignem nobilitatem, admirabilem vir-  
 tutem, præcellentem sanctimoniam, regalemq; magnificentiam cum  
 tuæ splendidae villæ (Cui Sanctæ crucis de Maia inditum est nomen)  
 descriptione, conditum carmen ne despice omnium prudentissime præ-  
 sul. Nec quale sit opus, sed qua mente tibi dicatum pro tuo graui-  
 mo iudicio considerabis. Namq; mihi alios in certamen prouo-  
 care, atq; tui nominis studiosis meliora scribendi de te  
 ansam dare, abunde pulchrum fuerit. Vale

dulce decus & præsidium meum.

Braccharæ. 3. Idus

Ianurias.

In præclarissimos titulos, honorem, gratiam, magnificentiam, celebritatem egregiasq; corporis & animi dotes præstantissimi vtriusq; iuris doctoris Roderici Pinarij, supremi rerum opificis benignitate Portugallensis Episcopi, ab inuictissimi Lusitaniæ regis cõsilijs, cum omnigena Maianæ villæ commendatione, Cadabalis Grauij Calydonij Tydæsis non vulgaris oratoris ac poetæ nouum concinnumq; opus, quod Pi tyographia inscribitur.

\*\*\*\*

\*

**F**LORIGERO surgit campo viridissima pinus  
In cælum, ambrosio vatum celeberrima cantu,  
Quæ teretes truncos, ramosaq; brachia circum

Pandit, & horrentes nemoroso in vertice fructus  
Sustinet, ex quorum nucibus bellaria mensis.

Cum Sacharo sci  
licet.

Conficiunt Itali, vocitant tragemata Graij.

Perpetuaq; coma frondescit ad astra, volucres

Nidificant ramis certatim, atq; oua reponunt,

Excluduntq; suos pullos, & cantibus aures

Mulcent, quum primum roseis Aurora quadrigis

Aduentat, clarumq; diem præenunciat orbi.

Hic Philomela canit, Merule modulâtur, Hirũdo

Trinsat, & ipse gemit Turtur, pariterq; Columba

Accipitres pipât, lippit Miluus, sub frõde Palibus

Plausitat, et Turdus trutilat, Sturnusq; sub vmbra

B Pisitat

Pityographiæ.

Pisitat, atq; super clangit Iouis ales ab alto  
Lapsa polo, frigulat nigranti Graculus ore.

Paser & ipse pipit, geminat quoq; garrula vocem  
Vulturum, pluuiamque vocas de culmine Cornix.

Rauca Cicada sonat, rubroq; Moneaula rostro  
Garrit, & hic Vultur pulpat, Cuculusq; libenter  
Accuculat, pictus pupilat de culmine Pano.

Glotor at in summo positura Ciconia nidum  
Vertice, Pica loquax strepitat, cerasque tenaces  
Carpit Apes matutina dum bombilat hora.

Cucurritq; super crista spectabilis alta,  
Auroramque vocat Gallus plaudentibus alis.

Zinzululant Meropes, crocitatq; per ardua Corui  
Pipilat anguiuorus longe Timunculus, albas  
Aerio postquam defendit Marte columbas,  
Accipitresq; fugat, dormitat & Ardea noctu.

Deniq; confidit ramis genus omne volantum,  
Prædulciq; melo mentes animiq; leuantur,  
Cum Zephyris frondes inter crepitantibus ipsas,  
Antiquum sonitu testatur mota dolorem.

Nãq; ferunt quondã Nymphã cognomine Pitym  
Inter Hamadriadas palmam tenuisse puellas.

Vtque ligustra rosas vincunt candoreniuali,  
Omnes sic facile superabat honore Napæas,  
Ac reliquas Nymphas præcellentissima virgo.

Huius erat studium patrias agitare choreas  
Monte leues inter Satyros, Dryadasq; sorores,

Spiculaque

Pit. pulchritudo  
præcellensq; for-  
ma.

Spiculaque ex humeris longe iactare per auras,  
 Amnicolas cygnos, albasque ferire triorchas,  
 Præcipites capreas, ceruos leporesque fugaces  
 Figere per sylvas. tenuis pro tegmine palle  
 Tela manu tractat niuea, succincta rubente  
 Zona, proque auro, capitisque decente galero,  
 Tygridos exuuiæ summo deuertice pendent.

Parrhasiæ frustra populosa per oppida matres  
 Optauere nurum hanc, fugiebat at illa petentes  
 Virginitate sua gaudens, modo cornua flectit  
 Persequiturque, feras, cultis modo vallibus errat.

Arca hos hanc Dominus, (miseros dum plorat amores  
 Charæ Syringis rapidi Ladonis ad undas)  
 Dum salit, & querulos inspirat arundine ventos  
 Hispidus inter oues, Satyros, Faunosque bicornes,  
 Nympharumque choros & cætera numina ruris,  
 Viderat, & visam sequitur, digitosque manusque,  
 Ora, genas, oculos, dentes, frontemque serenam  
 Corporis incessum miratur, at illa refugit  
 Velox Pana manu tensa prensare volentem.

Præcipitat sese veluti furibunda per alta  
 Saxa, Lacus, sylvas & deuia lustra ferarum.

Transferat Nymphæ viridis pineta Lycæi,  
 Agras, Parthenium, Telphusam, cumque Nemæa  
 Methydrium, Phyllen, Nonacrin, Mænala, Carnon.  
 Lampea, Parrhasias, Pholoeng, Phliunta Cyllenen  
 Orchomenon, Caphyas, Tegeum, Erymantho, et Elim.

Siringem nim-  
 pham in arundi-  
 nem veriam re-  
 fert Ouidius lib.  
 1. Metamorphor  
 tes.

Petyographiæ.

Atque Corinthiacos portus, scopulosq; Maleæ.

Arcadiæ Præses tendit vîstigia, Pitys  
Cera pallidior properat velocius austro.

Ille celer fit spe, celeris quoq; Nympha timore,

Terrificusq; pauor mentem perturbat, at illi  
Obuia purpureum vibrabant flamina syrma,

Et leuis incomptos fugientis Pana capillos

Aura dabat retro, nudabant corpora flatus,

Quo magis ipsa fugit, tanto magis ille fatigat.

Inuidit Borcas, igniq; incensus eodem

Ecce ruit gelido violentus ab axe volatu

Horrisono, turres annosaq; robora vertens

Murmurat horrendum, nimbos & nubila pellens

Improuisus adest oculis, vultuq; minace,

Arripuit Pitym, raptam per inania flentem

Ducit, dum gremio refouet, dumq; oscula iungit,

Sibilat & repetit patriam, septemq; Triones,

Tollit & amplexu, letusque per ardua tendit,

Heu manibus cecidit miseranda rapacis, & ipsam

Pondere percussit terram, miserabile visu.

Nam iacet heu corpus lacerum, dispersaq; membra,

Illia rupta solo, & morientia lumina, Ceruix

Fraçta, cruore suo crescentes tinxerat herbas.

Protinus in luctus vertens sua gaudia ventus

Ad proprias sedes redijt, Gesclitronq; petiuit

Horridus, & mæstus, seseq; recepit in antrum.

Viderat Arcadiæ Princeps raptam, atq; cadentem

Ex alto

Maleæ Promonto-  
riû Cytheræ, quæ  
Porphitis ante ap-  
pellata fuit. v. m.  
passuum ancipiti  
propter angustias  
ibi nauû ambitu.  
Lege Pliniû. Lib.  
4. ca. 12.

Arcadiæ vrbes, op-  
pida, môtès, fluuij  
ac paludes. Lege  
Plinium. Lib. 4.  
cap. 6. per totum.

Fitim amat Bore-  
as.

Per nubilia rapi-  
tura Borea Pitus.

Nimphæ Pitios  
miserandus occa-  
sus.

f. liquefcit  
in Ges.

Ex alto Nympham, extinctæq; amplectitur ubi:  
Semineces artus lachrymis madefactus obortis.

O mea lux dixit, vita mihi charior ipsa—  
Pitys Amycleo formosior ansere Ledæ,  
Arcadiæ nemorumq; decor, radiantior astris,  
Dulcis amoris amor, Phœnix Phœnicis in orbe,  
Filia Ladonis, Dryadumque corona refulgens,  
Quo nitor excellens, quonam generosa iuuenta  
Gloria formosæ fugit? quo splendidus altæ  
Frontis honos abiit? quo tandem insignis imago?

Panos miserabilis  
lamentatio.

Non roseos digitos, nec eburnea colla, manusque  
Non virides oculos, nec brachia pulchra videbo,  
Purpureos flores calathis nec lilia Nais  
Pulchra tibi plenis patrio portabit ab Æmo.

Non apio, rubeisq; decentia tempora sertis  
Elidis ad muros flauentes compta capillos,  
Aut iuxta Pisam vario certamine victrix  
Cinxeris, adq; Lares nunquam mea Nympha redibis.

Dulcia frondosa gaudens, nec in arbore poma  
Carpes, nec liquidos latices potabis in æstu,  
Membra nec in molli sudantia gramine pones.

Parthenios nunquam lucos, apros ve fugaces,  
Non celeres damas gelidi nec saxa Lycei.  
Menalios nunquam saltus, Tegeatica nunquam  
Antra, nec illimes fontes pharetrata renises.

Ipsa feres nunquam plenum (qua nix Erymanthum  
Congelat, & pigras veloces effici vndas.)

Pityographiæ.

Coryton telis, iaculum nec dextra tenebit.

Non choreas posthac Parnasi culmine leta,  
Non leues arcus, calamos cultusue Diane  
Vnquam exercebis, mors occupat omnia tandem  
Spiritus infelix tenues modo fugit in auras,  
Inq. solo restat lacerum mea vulnere corpus  
In luctus pœnam, plandus & tœdia vitæ.

Quæ sor s inconstans. quis te mihi casus ademit?  
Quo nitor ille tuus, quo præstantissima forma  
Nunc abijt? faciei quo rubor ille, vigorq;  
Corporis & linguae quo gratia tanta recessit?

Cur mihi posse mori tecum mea Nympha negatur?  
Pœnitet esse Deum, gemitus tristesque querelas  
Viuerè perpetuum longum distendit in auum.

O vtinam rapuit quæ te rapuisset vtrumq;  
Pallida mors, Pitys quis te miseranda peremittit  
Crudelis Borea ventis crudelior ipsis,  
Non sat erat pulchram nuper Pandione gnatam  
Arcibus Acteis rapuisse per athera, gnatos  
Aligeros genuisse duos Zethen Calainq;?

Quos timuere canes Olim diræque Deorum  
Arpyiæ gladijs volitantes aere, quosq;

Cum Mynijs  
Colchida per fluctus Tritonia vexerat Argo,  
Robore quam primus Pegaseo in littore Iason  
Condidit Æsonides. temerarie Typhi tulisti  
Vndosum per iter nauem, Heroasque potentes.

Orith Pandionis  
Athenarum regis  
filiam.

Ouidius in 7 iu-  
uenesq; aquilone  
creati virgineas vo-  
lueres maferi senis  
ore fugarant.

Arp. tres fuisse di-  
cuntur Aelo Oci-  
pote Cefeno dequi-  
bus legito Verg 3.  
Lib. Aeneidos.

Quid

Quid tibi cū teneris Borea gelidissime Nymphis?  
 Quid tibi cum nostris raptator amoribus unquam  
 Trux commune fuit? teneas cum immania saxa.

Dijq; deaq; omnes retinet quos regia cœli,  
 Quos mare, quos Tellus quos flumina sacra moratur,  
 Et vos o Nymphæ quas saltus habet, quas rura fauete.  
 Tuq; pater Diuum, atq; hominū mihi Iuppiter adfer  
 Auxilium, & Pityn animo charam effice pinum.

Dixerat, & lachrymans oculos ad sidera tollit,  
 Vota suos habuere Deos, res digna relatu

Ex templo tremuit circum locus, arduus æther  
 Intonuit leua, Nymphæ mirabile dictu  
 Erigitur, truncq; induruit arboris, atque  
 Pes modo tam pernix tardis radicibus horret,  
 Fitque cutis cortex, sanguis fit succus, & ipsum  
 Corpus fit lignum, longosque in brachia ramos,  
 Crines in frondes abeunt, caput inq; cacumen.

Vox audita fuit tenues reuoluta per auras  
 Longe, vita vale charæque valete sorores,  
 Heu ligno condor virgo studiosa Dianæ,  
 Non ego sed nostro loquitur depectore pinus.

Tempus erit, domibus de dero cum tecta, trabesque  
 Lignaque terrificos casus visura marinos,  
 Nauibus antennas, malos, aplustra forosque  
 Cumq; gubernaculis contos, & curua theatra,  
 Scamnaq; cū cathedris, cœnacula planstra phalanges,  
 Regalesq; toros, parmas laquearia, mensas.

Pit. in pinum.  
 Leua scilicet pas-  
 te.

Ultima motien-  
 tis verba Pit.

Petyographia.

Dedaleas thecas, Lembosq; lyrasque sonoras,  
Vrbibus & portas, fessis sedilia, sacris  
Fluminibus pontes, turre atq; atria magnis  
Principibus, tabulas gratamq; vianibus vmbra.

Haectenus, et mories tremefacta perhorruit arbor,  
Inque breui Super um sacrato numine versa  
Tempore concrescens, facta est altissima pinus.

Mansit odor ligno solitus, viridisq; iuuenta,  
Et queritur quoties impellunt flamina ramos,  
Adsonat atq; dolet veterem testata dolorem.

Pan ouium custos truncum complexus amatae,  
At quoniam coniux (inquit) mea non potes esse,  
Arbor eris nostro cordi gratissima, teq;  
Nostrum pine caput te fistula semper habebit,  
Frons tua (dum viuam) crines ornabit acuta.

Ouidius. i. Meta  
morphoseos Pa  
vider hac, pinuq;  
caput praecinctus  
acuta.

Parrhasis annuerat, summūque agitare cacumen  
Illico visa fuit. Cybeli quoq; dicitur arbor  
Sacra Deum matri, formam Berecynthius Atys  
Hac quoq; mutauit quondam puerilibus annis.

Quod si scire uoles fuerint quæ fata, dolorq;  
Expediam, tu rem, nisi quid tedetinet, audi.

Phryx puer in syluis facie mirabilis olim  
Vixerat Oebalide Ganymedeq; pulchrior ipso,  
Quem Iouis arripuit curuis super unguibus astra  
Armiger, ut Diuis præberet pocula, necnon  
Nireo, qui paucis focijs comitantibus vltro  
Arma tulit contra Neptunia Pergama frustra.

Oebal. Narciso.

Nireus omnium  
formosissimus  
qui ad Troia ve-

Turri-

Turrigeræq; Deæ casto dilectus amore,  
 Quem sibi seruari, reuerendaq; templa tueri  
 Iusserat. esto puer semper, seruag; pudorem  
 Atq; mihi dixit, nec testit castior alter

Ille fidem iussis dederat, si polluar, infit  
 Vltima sit nostris oculis lux illa Venusq;e

Naias vna fuit Nympharum gloria, qua non  
 Montibus in Phrygiæ extiterat formosior vlla,  
 Nomine Sangaris virgò verecunda nitore  
 Conspicuo, qualem tulerat vix Balcea. multos  
 Luserat illa Deos, quos Mysia, Gargara, quosq;e  
 Dindymus altus habet, celebrataq;e collibus Ida  
 Sustinet, atq;e sua prospèctat Pindasus arce.

Nec contenta iugis patrijs Sigæia velox  
 Littora, Mossinos, Theutrantiaq; arua, Tiarem  
 Nunc Xanthi ripas, & florea prata Scamandri,  
 Aiacis tumulum, Tymbres & pinguia culta,  
 Rhæteumq; nemus lustrat pharetrata. nitentem  
 Prospicit hanc iuxta latices Cybeleius Atys,  
 Dum sua per lucos venatibus ocia miscet,  
 Atq;e feras sequitur virides Simoentis ad agros.  
 Laudat & accessit placide, nec fugit amantem  
 Pegasis, & Pueri circumdat brachia collo.

Vix bene muscoso fatalis margine lymphæ  
 Consedere, venit quum Pessimuntia Diuum  
 Clara parens, oculisq; videns in fonte sedentes  
 Infremit ac digitis quum prædere vellet vtrunq;e,

Fugit

nerunt, sed timi-  
 dus, quare pauci  
 eum sequebatur  
 vt inquit Home-  
 rus. nec quicquã  
 Troiana obsidio  
 ne fecit memora-  
 bile, vnde frustra  
 arma tulisse dici-  
 tur.

Cybeleij Atis a-  
 mores.

Pe. Cibeles

Pityographiæ.

Fugit uterq; tremens, veluti cum ceruus in alta  
Sylua urgente canum turba ruit, atq; peragrat  
Oppositos amnes, montes rupesq; Molorchi.

Molorchus.

Haud aliter trepidans latebroso per antra soluto  
Nympha volat cursu, latuitque sub arbore nota.  
Naiada vulneribus extinxit in arbore factis  
Diurorum genitrix, rabidaque simillima tygri  
Nunc morere, & sceleris pœnas dabis improba dixit.

\* Virg. Omnia  
vincit amor, &  
n.e.am.

At puer infelix cecidit, subitoque leuatus  
Emicat attonitus, titubat, similisque furenti  
Se rapit in præceps animum turbatus, & ora  
Pallidus, & sese per deuia stagna recondens  
Dindyma summa petit, gemitu lachrymisque dolore  
Acquauit postquam, iacuit resupinus in umbra,  
Constituitque mori, sinemque imponere curis,  
Adfalices saxo seclis genitalibus. heu heu  
Antedem morior, Nymphæ Syluæq; valete,  
Tu quoq; magna vale mater Berecynthia dixit.

Aduocem currit celeri Phylena gementis  
Gressu, quem vt vidit pereuntem vulnere sæuo,  
Obstupuit longum, nec quicquam voce locuta est.

Protinus ad medicas Idea reuertitur artes  
Balsama, diuinos succos, herbasq; salubres,  
Phillyrides Chiron norunt, quascunq; Melampus  
Attulit, apposuitque puer miser ande per artus.

Nil possunt herbæ, quid enim medicamina p̄sunt  
Fortia defunctis anima fugiente per aur as?  
Nam moriturus erat, poterat nec morte leuari.

Intus quod potuit gemuit, munusque supremum  
 Hoc petit a Superis animo, non voce sonante,  
 Ut matri fiat Cybeli placidissima pinus.

Vix prece finita ceperunt membra colorem  
 In viridem verti, diffuso sanguine plaga.  
 Et modo qui pulchra pendebant fronte capilli  
 Pineae caesaries fieri, sumptoque rigore  
 Astriferum lato spectare cacumine caelum.

Affuit huic monstro mater, stupe factaque mansit,  
 Dumque ubi sunt Humeri, digiti dum querit at vngues  
 Senserat in durum lignum subcrescere corpus.

Atque puer dixit, quoniam te casus acerbus  
 Abstulit, & Superi tibi mutauere figuram,  
 Ne tanti pueri nitidissima forma periret,  
 Versus es in pinum puer o pulcherrime rerum.

Esto mihi sacrata, tua spatiabor in umbra,  
 Aeternumque geres arbor mea frondis honorem.

Bacciferas Atys superabis vertice lotos,  
 Et Genio sacras Platanos, corylosque, virentes  
 Perpetuo buxos, aceres, cornosque, rigentes,  
 Ulmos ac Lauros, terebinthos atque cupressos,  
 Aerias quercus, phagos, tiliisque, rubentes,  
 Quas habet altus Atlas, Pindus, Parnasus et Othrys,  
 Atque alij montes celebrant quos carmine vates.

Frondebis inque tuis finito tempore brumae  
 Somni feros etiam peragent examina hombos.

Et nemora et Lucos saltus, sylvasque nitentes,  
 Magnatumque domos, villas & templa Deorum

Pityographiæ.

Orcheſtras, ludos, pompas decorabis, & vltra  
Excelles omnes ( quantum nux alta thymeta  
Lentaſalix tribulos, lapathum roſa populus vluam,  
Lilia vere nouo filicem, ac ignobile gramen,  
Aſphodelum lotos, thymeleas palma rubentes )  
Pro ſpecie plantas, tripliciq; ornaberis olim  
Fructu, quem ternis reddas vberrima pinus

Plinius Lib. 16. capi. 26. In maxima tamen admiratione pinus eſt. Habet fructu  
matureſcentem, habet proximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde ter-  
tio. Nec vlla arborum auidius ſe promittit. quo manſe ex ea nux decerpitur, eo-  
dem matureſcit alia, & ſic diſpenſatur, vt nullo non tempore matureſcant.

Annis, hoc munus dum altus voluetur Olympus,  
Semper habeto. faces, noturnaꝝ lumina tædas,  
Ac apibus dederis propolin, validiſq; carinis  
Ne pelago mergantur, opem luētantibus vndis.  
Et prope radices variorum germina ſorum  
Nascentur, facient in textas vnde corollas  
Nymphæ, quæ liquidos fontes, & rura frequentant.  
Vtq; ego dilexi te quum puer eſſe ſolebas,  
Sic te dum viuam pinus mea ſemper amabo.

Onimium felix trunco quæ amplecteris vno,  
Præſidis Arcadiæ Cybelesque dolentis amores.

Amplexuque tenens trepidare ſub arbore pectus  
Sentit adhuc latitans mater generoſa, deinde  
Demiſſo vultu, referenteq; ſigna doloris  
Mœnia clara petit manibus fabricata Deorum.

Præterea Libycus leo formidabilis ira,  
Auribus arrectis, fuluoq; colore refulgens,  
Accubat inſomnis trunco, & abidusq; ſurore,

Vnguibus

Vnguibus armatus, forma mirabilis ipsa,  
 Viribus inuictus, cauda præcinctus & horrens  
 Sanguineis oculis, per acutis dentibus, atq̃  
 Terribili riçtu insurgit, mortemque minatur  
 Pectore in aduersos verso non terga daturus  
 Vnquam, sed potius bello moriturus aperto.

Hos sacros titulos & nobile stemma suorum,  
 Et genus antiquum Cadro generosior ipso,  
 Spartis, & Fabijs antiquior, atque Metellis  
 Prætendit magnus Rodericus Episcopus ille  
 Portugallensis, virtutum cultor & auctor,

Hæc habet, & præfert maiorum insignia clara  
 Forti parta manu Pinarius inclytus, ornat  
 Quem immortale decus. tales ex hoste triumphi  
 Victo dant titulos, talesque dedere trophæa.

Nec mirum cum te virtus animosa coronet  
 Pro meritis, longum & tribuat per sæcula nomen.

Egregios superas clarissime pastor Ethruscos  
 Nobilitate patres, Romana stirpe creatus.

Iam tua non pendent titulis memoranda priorum  
 Præmia, sed proprijs florent virtutibus, vnde  
 Tantus creuit honor, tantarum & gloria laudum.

Notaliq̃ die radios, lumenque coruscum  
 Mercurij felix Præsul nascendo tulisti.

Qui habent natiuitatis Horoscopum, hoc est nascendi horam,  
 qua dominatur Mercurius, plerunq̃ sunt Propheta, Poetae pru-  
 dentes, cauti & ingeniosi. Sub Ioue reges, potetes ac magnates.

Esg. patri summo charus, qui cuncta gubernat,  
 Regibus

Clarissimi viri  
 Roderici Pinarj  
 Episcopi com-  
 mendatio.

Pityographiæ.

Regibus es curæ, Procerum veneranda propago.

Es sceleris purus, placidus, mansuetus, honestus  
Innocuus, mitis, placabilis, atque benignus,  
Præcellens animo, constans & fidus amicis,  
Iustitiæ splendor, sortis contemptor iniquæ,  
Relligione potens Christi templiq; satelles  
Inuictus, miseris portus tutissimus, alter  
Mostrorum domitor faciliq; notabilis ore,

Id est Secundus Hercules opitulatur ad debellandum ea, quæ  
Christianæ pietati sint aduersa.

Augmentum in sacræ Fidei vigilantior ipso  
Argo es, rixantumq; vales componere lites  
Iurgiaque, & placidis conuitia tollere verbis.

Est graue iudicium, rerum prudentia maior,  
Est mens ac ratio, linguæ facundia solers,  
Consilium velox, & pastor alibus actis  
Vtile, præterea præstantis gratia formæ.  
Nam veteres proauos at auosque modestia vultus  
Cum probitate refert, celebratq; gesta tuorum.

Pityographiæ Libri primi.

Finis.

Roderici

RODERICI PINARII PORTUGALLEN  
 sis Episcopi mangonizatæ villæ (quæ Sancta  
 Crux de Maia dicitur) non vul  
 garis descriptio.



*Vid referam dictam sancto de nomine villam  
 Et Cruce? qua Christus de lapsus ab arce tonantis,  
 Pro nobis quondam est crudelia vulnere passus,  
 Quum Deus humana peragravit imagine mundum.  
 Quid pulchram sedem, regalia tecta domosq?*

f. Salomon. Rex.

*(Quales erexit qui templa Sionia fecit)  
 Fabrorum ingenium, durum assiduumq; laborem?  
 Egregias intus cathedras, hypocausta, recessus?  
 Monstrificas facies, positasq; sub ordine partes?  
 Mœnia clara, fores, laquearia picta, caminos  
 Fumantes, longasque trabes, rigidasq; columnas?  
 Prætereo patulas camerato fornice portas,  
 Solis ad exortum solaris grata, fenestras,  
 Qualia Dædaleis manibus fabricata fuisse  
 Dicas quum videas. tanta admiratio rerum est.*

*Hortorum descriptio.*

*Quid tibi præterea narrem recitata per orbem  
 Facta viri? (qualem vix Lusitania felix  
 Ante oculos hominum tulerat per tempora longa.)  
 Hesperidum celebres hortos, plantasq; feraces  
 Omnigeni fructus? tales coluisset Adonis.  
 Hellespontiacus tales habuisse Priapus  
 Fertur, quum pueros terreret falce saligna.*

Domus descrip-  
 tio.

Adonis quidam  
 hortorum cultor  
 diligentissimus  
 fuit, unde bene-  
 cultos hortos A-  
 donidis appella-  
 mus.  
 Priapus qui fue-  
 rit, tôffores et lip-  
 pi norunt.

Non

Pityographiæ.

Non desunt oleæ, fici nec pinus in hortis,  
Pinus amor vatum, plautarum gloria prima,  
Ac Roderice tuis titulis celebrata per omnes  
Vrbes Europes, Asiæ, Libyæque minacis.  
Mites non botri, sorbæ, nec Cypria vitis,  
Nec quascunq̃ suis diues Campania fundit  
Collibus, aut Libye qua tingitur æquore nostro.

Mespila, castaneæ, nec dulcia poma, pyrorum  
Non varius fœtus, nec medica mala, nec omne  
Quod rex Phœacum cultis tenuisset in hortis.

Non genio sacræ platani, viridesque myricæ,  
Nec fragiles coryli, bicolor nec populus, haudque  
Cerea prima, nuces, Loti, nec Laureæ Phœbi,  
In quam versa fuit Peneia virgo, nec vlni.

Atque virens medio præfert Helyconia Tempe  
Sylua die, siccat latos dum Sirius agros,

Horrendiq̃ intrat rapidus Sol ora Leonis.

Non genus herbarum, quas credimus esse salubres,  
Non holus aut raphani, templis quos docta uetustas  
Ex auro posuit, rubicundaque fraga, melones.

Nec pepo, proprietas cuius mirabilis extat,  
Namq̃ animam comestus habet, crescitque morando.

His rosa purpureo crescit foliosa colore  
Partibus hic cucumer, tumidoque cucurbita ventre,  
Argyrotoxi Hyacinthus amor, Pallente corymbo  
Ac hederæ, roris nec non cultura marini,  
Buphtalmusq̃ breuis, Rhodo daphne florida picris.

Intyba

f. vites.

Alcionus Phœacium rex olim  
cultissimos habuit hortos.

Peponum frigida natura.  
Argyrotoxi. Apollinis epithetō  
quod argenteum arcum habeat.  
Hiacintū puerō, qui postea in florem sui nominis  
cōuertus est, ap-  
prime adamauit  
Apollo.

Intyba, cæpa rubēs, inula, lactuca, papauer,  
 Allia, cunque apio rumex, nasturtia, Thymbra.  
 Calthaꝝ mixta croco, plantaria, citrea poma.

Quid tandem helleborum? quo nil præstantius aluo  
 Purgandæ? Quid te Veneri gratissima myrte?

Quidue salutares betas, mentham nepetamq,  
 Florentes ferulas, nec non violaria dicam?

al. habet:

Cunctaꝝ præterea noster quorum indiget vsus  
 Præsulis hortus alit magni, res digna relatu.

Magnaꝝque temperies cæli est, regioꝝque benigna,  
 Et molles Zephyri, Zephyris ac mollior aura  
 Spirat, & incertas huc illuc motitat umbras.

Eous. a. um hab.  
 p. indiferentem.

Non teneras plantas excelsæ robora frangit  
 Alpinus Boreas, Eurus nec missus Eois  
 Montibus, assidua crepitant nec grandine nimbi:

Hic gelidi fontes adsunt vitreiq; liquores,  
 Quos Pater Oceanus superas impellit ad oras  
 Ventorum flatu, sedes habitata Camænis.

Naiades hic saluunt faciles, & Oreades vna,  
 Quum Philomela sua dulcissima carmina voce  
 Personat, umbrosa valles collesq; resultant  
 Longe. Sylvanus Nymphis immixtus amores  
 Ocyparisse tuos mæstus meditatur, euntem  
 Cætus Hamadryadum placida comitatur in umbra

Serpentes absunt nocui, glaciesque, niuales  
 Et venti, rostroꝝ timendus vultur adunco,  
 Cristatusque draco. nulla per compita Larue,  
 Haud celeres graphij, vulpesve maligna vagatur.

Pityographiæ.

Mortiferosq; latens figit nec vipera morsus.

Non dentes acuunt apri, nec torua leæna  
Irruit in pecudes, nusquam basiliscus oberrat.

Pastorum requiem, ac Maiani gaudia ruris,  
Vmbrosum & lucum quid ego tibi carmine laudem?

Quo nibil esse potest miseris mortalibus vsquam.

Gratius in terris, oculis nec pulchrius ipsis,

Nec quod mordaces animo depellere curas

Tam facile valeat, placide resonante per vmbbras

Aura. quæ ardenti sublimem tempore Solem

(Flauentes agris dum incensa Canicula messes

Torret, quumq; latent subter dumeta lacerti

Ceruleo picti per squallida terga rigore,

Cantibus ac resonæ rumpunt saliceta cicadæ)

Temperat, & longe pellit, remouetque calorem.

Cypris, Amor, Nymphæ, Charites Sylvanus, Apollo

Flora, Pales, Pallas, Nais, Dryas, atq; Napeæ,

Agræstesq; Dei, quos est venerata vetustas,

Incedunt passim Læti saltante Diana,

Qua dens acoryli ac spinosa rubeta virescunt,

Quaq; nitet tellus vitreo madefacta liquore

Gramineis gemmis, varioq; colore rosarum.

Quum primum croceis rediens Aurora quadrigis

Laomedontiadæ thalamum rubicunda relinquit.

Hic molli fessos in gramine collocat artus

Custos, cui frontem commendat Martius horror,

Natali que solo flores & grata puellis

Sæctæ Crucis de  
Maia vmbrosi a-  
mœniq; luci ac  
pastoralis vitæ e-  
legantissima des-  
criptio.

Serta legit

Serta legit manibus textitq; supinus in antro,  
 Fiscellasque parat. nitidis loca sacra Deabus,  
 Elysias sedes, & agrestia numina, riuos  
 Ansanctumque nemus, taciturna silentia sylua  
 Hybleas & apes, prædulcia mella, fauosque  
 Pendent inter lapides, veteresque cauernas,  
 Et volucrum erecta factos super arbore nidos  
 Lætus ubique videt Græcasine fraude doloq;.

Et rotat assiduis gyris quoque corpora campis  
 Idem. Aries Piscis quoties succedit aquoso,  
 Candentemq; intrat Taurum Sol clarior, atq;  
 Tyndaridas iuuenes, & feruida guttura Cancris,  
 Igniuomamq; feram Nemees, et Virginis astrum  
 Et Libram, quam Cæsar habet Cheleq; sequuntur,  
 Incessanter agit letissima tempora diues  
 Mille modis. hyeme haud desunt mera gaudia tecto;  
 Vtilitasq; foris, grata & sincera voluptas  
 Semper adest illi, patrijs contentus abundat  
 Deniq; delitijs, baculoque illudit acerno.

J. Europes

Ac se flumineo roratu perluit, hirtum  
 Inde caput leni submergit gurgite, necnon  
 Perniuos fluctus iactat sua brachia nando.

Mox genitoris agens per frondea pabula capras,  
 Glandinorosq; sues, armenta, gregeq; nitentes  
 Cantat, & arboreis duntaxat fœtibus, atq;  
 Pane famem toto sanus non sentit in anno.

Et liquidas gelidis pronus de fontibus undas

Validus

Pityographiæ.

Ore bibit, viridemque iacet, dormitque per herbam

Indutus vili sago, teelusque galero

Ex leuibus paleis facto, iuncoque palustri.

Incultumque suis in rupibus exigit ævum,

Vnde avis in cælum stridentibus euolat alis

Velox, perdices habitant, leporesque, pygargi

Turdi cum merulis magnorum fercula Regum.

Non epulas procerum tinctas nec murice vestes

Exoptat diues quia possidet omnia quæ vult.

Non Ithacos scopulos Laertia regna, nec ipsos

Terribiles foedo ritu Læstrygonas horret.

Nec funesta timet Turcarum tela, marinos

Non casus, duri nec ludicis ora pauescit

Ipse, sed antiquum frondente sub arbore rithmum

Per tenui secum recubans meditatatur auena.

Moxque graues oculos, præcordia, membra, caputque

Occupat æthereis delapsus Somnus ab astris.

Quid tibi describam Diuis sacrata sacella,

Artificum manibus nuper constructa, piisque

Præsulis impensis, magnoque erecta labores

Dicite Pierides, retinet quas vastus Olympus,

Aut saltem efficite, ut spirent mea viscera carmen

Ascraeique senis Musam, atque Helyconæ canōdo.

Ipse Promethides ex quo cum Epimethide dura

A tergo magnæ \* miserabilis ossa parentis,

Per suadente \* Dea iactauit, prospicit vndas

Littoris Hesperij moles immensa, ferarum

\* Ad miseriam re-  
ductus Deucaliō  
scilicet Themide

+

Mansio certa fuit. necnon hac sede volucres  
 Composuere suos nidos, hic garrula cornix  
 Accipitres, barbata aquila, miluiq; rapaces  
 Vultur, & anguiuorus tignunculus, atq; truones  
 Nicticorax, crocicans coruus, strix, noctua, Parræ  
 Terruerant animos de culmine prætereuntum.  
 Horribiles vrsi, martes, vulpecula fallax,  
 Atque lupi catulos occultauere voraces.

Hanc super imposuit Rodericus Episcopus ille,  
 Omnis quem regio celebrat, miratur amatq;  
 Virginis in laudem clarum, & venerabile Phannum.

Hic nitet ex auro mater clarissima Christi  
 Sacro cum puero, quem nos vocitamus Iesum,  
 Hinc pontum cernit, fluctus Nymphasq; natantes,  
 Pontiuagas puppes, simul & Tritonâ canorum.

Prospiciunt alij fulgentia sidera cælo,  
 Scilicet aut Helice procul, aut Cynosura notatur  
 Virginis at sacrum proprius candore niuali  
 A nostris colitur, quum Pontus in ardua surgit,  
 Quumq; inuectus equis motas exasperat undas  
 Cæruleis trifido sceptro Neptunus, & altas  
 Oceano fluctus iaciunt phiseteres in auras.

Afer & hyberno bacchatur sidere turbo  
 Stridens, & madidis totus rubet ignibus aer  
 Longe, quum lacerant, rumpuntq; tonitrua nubes  
 Inq; gemunt scopuli, plangunt & littora, quumq;ue  
 Mors volat ante oculos, tollentibus æquora ventis,

Scopelographiæ

Alias &amp; tetraones.

Gloriosissimæ  
 virginis Mariæ  
 pharo venerabilis  
 templi graphica,  
 & absoluta de  
 scriptio.

Hanc f. molem.

Breuisissima, ac pe-  
 rinde elegantissi-  
 ma tempestatibus  
 descriptio.

Pityographiæ.

Alta tremuit tellus, tenebrosam incendia noctem  
 Vincunt, ac mœstas querulo de gutture voces  
 Halcyones promunt, laterum compagine rupta  
 Navis agit rimas, nautarum & corda tremiscunt  
 Huius opem quærunt precibus, votisq; libenter,  
 Postea quæ à lætis sacra soluuntur in æde.

Diuo Isidoro sa-  
 crata ædes.

Isidis adono Diius qui nomina præfert,  
 Triplice qui lingua clarus, virtutibus auctus  
 Et mir a pietate, noua Carthagine natus.  
 Hic quoq; templa tenet, paruo discrimine facta  
 In Patris atq; suam laudem, domibusque duabus  
 Cingitur adextra, sunt & sua dona Beato.

Sancti Vuidij sa-  
 cra domus.

Præterea fulget laudabilis atque verendi  
 Moribus Vuidij (surdis qui sæpe medetur,  
 Restituitque sonos) sacrum, est habitatio duplex  
 Ad latus.ac diuo Blasio ( cui guttura curæ)  
 (Qui pius & sæuo laniatus pectine, nunquam  
 Pro Christo timuit metuenda flagella Tyranni)

Mor. s. sanctis.

Diui Blasij sacrū

Tiranni. s. pra fi-  
 dis Agricolai.

Est phanum, quatuorq; cubilia colle supino,  
 Ac simul est iuxta templum fons frigidus. intra  
 Antiquos hortos templo quoq; diua Maria  
 Ansancto colitur, lucis cognomine dicta,  
 Itur ad id gradibus, decoratur fonte perenni.

Aliud dicitur Ma-  
 rie Phanum.

Martyris hic etiam delubrum surgit, acutis  
 Præfixit telis olim quem dira propago,  
 Quod Christum coleret, fugeretq; nefanda, beata  
 Nunc fruitur vita, superaq; resulget in arce

Cœlico

*Cœlicolas inter Procereſ, cœtusque piorum.*

*In cuius feſto natus celeberrimus ille eſt  
Luſitanorum ductor, qui regna gubernat,  
Et rerum potitur, ducente per omnia I E S V.*

*Nec ꝑcul hinc magnus princepsqꝫ Propheta Ioānes  
( Cui, quoniam placido Iordanis gurgite lauit  
Agnum, qui tollit capitalia crimina mundi,  
Cognomen Baptiſta fuit ) noua templa recepit.*

*Inqꝫ nouo eſt ædes horto breuis, atque rotunda  
Quò qꝫ minor reliquis, tanto formoſior adſtat,  
Prima fronte nitens, & maiestate verenda,  
Diſtaqꝫ ſupremo de numine lucigenarum.*

*Hac pictus Gabriel venerabilis, atqꝫ Raphael  
Ad læuam & dextram poſiti, mediuſqꝫ Michael.  
Omnes ad niuum nitido rubeoqꝫ colore  
Exprefſi, hoſqꝫ loqui ſi cernas velle putabis.*

*Præfulis hac pietas Roderici parte pateſcit,  
Qui tot templa, domosqꝫ pie conſtruxit eremo,  
Inqꝫ nouam formam vetera & ſalebrosa rededit,  
Apperuitqꝫ vias ſolers, melior aqꝫ fecit.*

*Quòd ſi forte roget quis, cur ſic ſtruxerit ædes,  
Egregios hortos, fontesqꝫ or nauerit vltro,  
Cur Diuum proprijs impenſis pulchra ſacella  
Condiderit, dicam, nec res manifeſta latebit.*

*Non magis ipſe tibi, quam alijs recitata paraſti  
Præfulibus Præful, qui te Roderice ſequentur.*

*Nam quæcumqꝫ ſtudes in publica commoda vertis  
Spontetua, tanta eſt generoſo in peſtore virtus.*

In clariffimi Regis Sebaſtianigratiam dictum qui anno 1554 in Diui Sebaſtiani feſto natus eſt.

Recte dicit quoniam inter natos mulierum non ſurrexit maior Propheta quam Ioānes Baptiſta. Angelorum rotunda domus.

Solet, induſtriø ingenioſus, dexter & ad omnia promptus,

Sudes. i. eſtudio ſi facis.

Pityographiæ.

Alcidem Bacchumq; ferant, & Thesea Theba  
Atq; Samos Iunonem, Agamemmona Græcia, fortem  
Hectora pugnantem Troiani Pergama circum,  
Corduba quos genuit, Larissaq; laudet Achillem,  
Ipsa louem Crete centum diffusa per vrbes,  
Æneamq; Maro, Salaminis Alumnus Vlysses.

Salaminis alum-  
nus. i. Homers.

Si mihi Pierides comites dignentur adesse,  
Versibus ipse meis toto celebraberis orbe,  
Te mea Musa canet, te pastor ad æthera tollet.

Non solum viues, postquam sublimia cæli  
Ingressus fueris Diuûm comitante caterua,  
Syder eos inter cœtus sanctumque senatum,  
Sed terris etiam radijs quas cingit Apollo,  
Et quæ perpetuis tenebris & nocte premuntur.

Filius ut charum supplex veneratur, & ornat  
Pro pietate Patrem, & magno reueretur amore,  
Sic ego te Præsul deamo, recoloque libenter.

Alpes sunt mon-  
tes inter Italiam  
Galliam & Ger-  
maniam.

Tu mihi patronus defensor, & inter amicos  
Egregius Princeps, cui debeo multa coactus.

Teduce Fortunam facile est contemnere, pro te  
Non mihi, si pedibus ventosas horridus Alpes  
Calcarem, durum esset iter, non Syrtibus arua  
Proxima, serpentes rabidasq; ferentia tyores,

i. propter hono-  
rē celebritatē de-  
cusq; tuū de me  
benemerentis.  
Syrtis duo loca  
maris periculosa  
propere eneco-  
piani in finibus  
Aphricæ

Nec volucres iaculos, basiliscos, ampisibenas,  
Non Lerna pestem, fortes nec viribus apros,  
Non varias Lynces ego, nec genus acre draconum  
Horreo, nec validos vsos Syriosq; Leones.

Syrios. i. nigros  
quales sola Siria  
fert. Pli. lib. 7.

Non

Non tauros metuam, Libycisq; morabor arenis  
 Sole sub ardenti, non est qualymphā nec arbor,  
 Dirus vbi Antæus superatus ab Hercule quondam  
 Terribili pugna, tortis qua cornibus Hammon  
 Cernitur altari, factō de paupere top̄ho.

Gorgonis aspectum, furias, Stygiamq; paludem  
 Armaq; Turcarum, non agmina seu Scytarum  
 Sitioniasque niues, hyemes non frigora Rhœni,  
 Caucasæas rupes. Labyrinthos spicula mortis,  
 Gryphas Hyperboreos, nec Phiseteras anhelos.

Non Centaureos, Lapithas, strigesq; volantes  
 Non tumidos Austris fluctus Athamantidos Helles,  
 Horrifico tonitru magnas sternentia turres  
 Non tormenta quidem, depulsaq; saxa rotatu  
 Præpete, non Turcas vlulantes Marte cruento,  
 Non Meroem, Thracasq; feros pictosve Gelonas.

Non tenebras Orci haud ardentia saxa Typhœi,  
 Horrendasque feras, quas cunq; Hercynia sylua  
 Quas alit altus Athos, quas Mauritania, quasq;  
 Caspia regna sua subterniue. Carthocerta  
 Quicquid habet scopulis, quicquid Mareoticus orbis,  
 Cotibus inq; tuis celas frondose Nyphates,  
 Quasq; tegis densis tellus Hyrcana rubetis.

Perq; resurgentes vndas, seuamq; Charymbim,  
 Et quæ virgineo furiosa sub inguine latrant  
 Monstra ferar, nimbos patiar, cæliq; ruinam,  
 Necnon Tar tareas teipsum comitabor ad vmbas.

42  
 Iuxta templū Hā  
 monis superavit  
 Hercules An-  
 teum.

Carcath. Regia  
 Sophinæ regio-  
 nis Armeniæ  
 Niphates Arme-  
 niæ mons.  
 Hircania horribi-  
 lis Arabiæ filua.

Non

Pityographiæ.

Non Plutona ferum, nec nigrum Acheronta timebo.

Per medios Lemures, ardentemq; igne Chimeram.

Incensoꝝq; rogos, lambentesque ora cerastas,

Infernos Manes, sphingas, per sulphura flammæ,

Si lubeas ibo, nec melior ipse fugabit.

Iaculi sunt volucres Aphyricæ serpentes. Amphibena serpentes eiusdem regionis, quibus geminum caput. Lege Plin. lib. 8. capi. 23.

Lernæ pes. Hydram significat, quæ fuit in Lerna Argiuorum palude, Latine dicitur excetra, quod vno caso capite, tria ex crescebat.

Hanc Hercules ignibus extinxit.

Antæus terræ filius ab Hercule in aere trucidatus. Lege Lucan. Lib. 4. Pharsaliæ. Gorgones fuere tres de quibus alibi. Styx palus inferni per quam Di iurare solebant.

Parthi, Populi Parthiæ Asiæ regionis.

Scythæ populi Septentrionales in Asia & Europa. Sitionias à Sitione flu Thraciæ. Rhœnus flu. Germaniæ.

Caucasus Scythæ imons altissimus.

Labyrinthi quid sint, manifestum est.

Gryphes Plinius fabulosos arbitratur. Ego vultures esse puto à rostri curuaturæ sic dictos.

Hyperboræi montes Septentrionales, super quos flat Boreas. vnde sunt dicti.

Physeteres ballenarum genus aquas in sublime eruclantium. Plinius lib. 9. cap. 4.

Saxa Typhæi, idest Æthnam Siciliæ montem, perpetuis flagrantè ignibus.

Plinius

Plinius Lib. 16. cap. 2. In eadem Septemtrionali plaga Hercyniæ syl-  
uæ roborum vastitas intacta æuis & congenita mûdo, prope immor-  
tali sorte miracula excedit, vt alia omittantur fide caritura, constat  
attolli colles occurfantium inter se radicum repercussu, aut vbi secu-  
ta tellus non sit, arcus ad ramos vsque, et ipsos inter se rixantes, cur-  
uari portarum patentium modo, vt turmas equitum transmittat.

Achos Macedonia celebratissimus mons.

Mauritania Tingitana regio est occidentalis Aphyricæ.

Caspia regna idest Armenica à Caspijs montibus Armenia maioris  
sic dicta.

Ad dextram Siciliæ partem Scylla est rapes saxum aut locus ca-  
uernosus, qui percussus à fluctibus latratus edere videtur. Ad si-  
nistram Charybdis, quæ contrarijs fluctuum cursibus collisionem fa-  
cit, raptaque absorbet. De his verg. Dextrum Scylla latus, læuum  
implicata Charybdis Obsidet.

Per medios Lem. De Lemuribus, quibus nihil horribilius, nec  
admirabilius, nec magis monstrificum est in tota rerum natura.  
quicquam profari dix audeo. Hoc tamen dixisse satis est pro tēpore.  
Noctu plerunque hominum terribiles quasdam imagines apparere,  
horrendo murmure vagantes per templa per compita, per loca de-  
serta, per agros per vrbes ac vicos cum incensis sulphureo fu-  
nalibus lumine, modo funera, modo solennes pompas ducentes  
cum tympanis, cytharis organis, tibijs, & Symphoniacis instru-  
mentis summissa voce canentes, alias querentes atque flentes, inter  
quas

Pityographiæ.

quas non solum illorum qui obiere, sed eorum qui adhuc viuunt, effigies cernuntur. Multis etiam præfagia mortis aduentantis sunt hæc phantasmata, quæ raro impune quisquam videt. Quod quid sit, & qua fiat ratione, mortalium nemo acondito æuo, quod ego legerim nouit, nec rem tantam humana mens capit. Hæc breuius quam debui de Lemuribus notauit, ne in Iliada surgerem.

Chimæra animal compositum ex capite Leonis ventre capræ, & cauda draconis. Hanc de bellauit Bellerophon sed reuera Lyciæ mons, quem habitabilem Bellerophon fecit, vnde Chimæram occidisse dicitur.

Cerastræ, Aphricæ serpentes de quibus Plin. lib. 8. cap. 23. Cerastris corpore eminere cornicula sæpe quadrigemina, quorum motu reliquo corpore occultato, sollicitent ad se aues.

Sphinges monstra fusco pilo ac geminis mammis in pectore, & intersumiarum genera numerantur.

O vtinam a Superis quis rerum arcana potestas,

Tam longæ vati dentur mihi tempora vitæ,

Sufficiat quantum modulamine dicere dotes

O Roderice tuas, Barcææ gloria gentis,

Dulcis amor patriæ, quod si natura negarit,

Obstiteritque rigens circum mea viscera sanguis

Tu dabis ingenium validasque in carmina vires:

Natura tardum, crassoq; sub aere natum

Alias bardum.

Efficies doctum, dulcesq; in corde Camæne

Condentur nostro, sacroq; Helycone vagabor

Te duce, cui paret merito Parnassia turba,

Pimpliadumque chorus. Cyrrhæiaq; antra vicissim,

Tu Zephirus

Tu Zephyrus flabis, Grauius, cantabit ad amnem  
 Piscosi Durij Cygnus quò mœnia Galli  
 Construxere loco nati melioribus annis,  
 Aut alibi felix quo te Fortuna locarit.

Cygnus grauius  
 idest Cadabal.

Te viuo sacri Canones florentque vigentque,  
 Æthereique doces sanctissima dogmata Patris,  
 Nec tibi quippe parum debent ciuilia iura.

Vidisti que Deas, quibus est custodia sacri  
 Fontis, & Eurotæ Lucos. ac Phocidis alto  
 Culmine sedisti, neruos & Eburnea pleetra  
 Non solum tribuit, sed tempora cinxit Apollo  
 Frondes sua, liquidis dum labra reponis in vndis.

O felix tempus felicia sæcula nostra,  
 Felices qui te Præsul genuere parentes.

Non te Gallorum (sumens mihi certa) videbit  
 Ipse diu portus, fastigiaque alta tenebis.

Nã Pater omnipotens dignum ad maiora reseruat  
 Munera, templorum vt certam firmamque colunam.

Tempus erit cum te, paucis labentibus annis  
 (Hoc scio, nec vatem delusum oracula fallunt)

Lysiadum reges fugientem, ad clara vocabunt  
 Atria pro meritis, fato meliore coronam  
 Inde reportabis, caput exornante Tyara.

Fug. s. terrenos  
 honores.

Et sacer ante omnes fumantia thure Sabæ  
 Christicolis plena incedes per ouilia Pastor.

Ædibus in sanctis letam procedere pompam,  
 Atque cruces manibus media te studine templi

Portari

Pityographiæ.

Portari cernes, modulantibus vndiq; sacros  
Presbyteris hymnos, & verba precantia numen.

Tu virtutis amor, Phœnix tu solus in orbe,  
Tu potes errantes late reuocare per agros  
Ductor fortis oues, pectusq; ob ferre periculis,  
Ireg; contemptor vitæ per tela per hostes,  
Obscurosq; lacus, vlulantiæque ora luporum,  
Securumq; gregem sub tecta reducere patris.

Nec te terrebit Titanidos insula Circes,  
Non Siculae flammæ salebrosaq; saxa Cyclopum,  
Pocula non Circes, nec Atlantidos antra Calypsus,  
Antiphates Lanius, nec corpora vasta gigantum.

Nec quæ spumoso longe sonat ore Propontis  
Terrifico fluctu, scopulosaq; littora tundit.

Non Parthi, quorum torquentur ab inguine tela  
Cum fugiunt, simulant ve fugam, non clamor Hiantū  
Symplegadesq; procul minitantes, non Catabathmos.

Non mare, non tellus, non mors, nec vulnera, missa  
Fulmina nec cælo, cælum quamvis ruat ingens,  
Quo minus efficias, vasti quæ Conditor orbis  
Factus homo docuit delapsus ab arce Parentis.

In te conuertunt oculos iuuenesq; senesq;que,  
Magnifici Reges, proceres legumque periti,  
Te quoque ad astra leuat mundi caput inclyta Roma.

Verus honor laudes, & sesto gloria vultu  
Te sequitur, niueis victoria concolor alis  
Ad superos ducit meritis, fama; volantem.

Lege Pliniū Lib:  
4. cap. 12.

Hiantum. i. va-  
gantium spirituum  
quorum reirifi-  
cæ voces, & que-  
rimoniæ per no-  
stem audiuntur.  
Catabathmos  
vallis inter Ciræ  
naicam, & Ægi-  
ptum.

Salue

Salve igitur patriæ splendor placidissime Præsul  
 Æterni salve Christi per amabile donum,  
 Hesperia lumen, Fidei venerabile Sydus,  
 Præscorum salve sanctissima regula morum.  
 Salve ouium Domini præcellentissime custos,  
 Quem decus & pietas semper comitatur vbiq.

IN SEPTEM FONTES SANCTÆ CRVCIS  
 de Maia, quos aquæ ductibus, lithostrotis, epistomijs  
 receptaculis, lapideisq; sedilibus magnificentissi-  
 mus doctor Rodericus Pinarius Portugallē  
 sis Episcopus mira quadam industria,  
 proprijsq; sumptibus decorauit, Ca-  
 dabalibus Grauij Calydonij ex tē-  
 poraneum carmē. Loquū-  
 tur fontes per Proso-  
 popeiam.

Stadij primus fons anonymos loquitur.

**A**Rboribus subter mano sine nomine clarus  
 Monstrifico vultu, non sine laude tamen:  
 Præsulis ipse manus, oculos, frontemq; serenam  
 Proluo, Gallorum quum venit vrbe libens.  
 Sunt vmbrae, sedes, puteusq; liquore repletus,  
 Qualem Arpinatis fons Ciceronis habet.  
 Portitor Europes quoties disternat annum,  
 Rore meo Aonides corpora nuda rigant.

Desalubribus Ci-  
 ceronis aquis le-  
 ge Plinium.

Fons

Pityographiæ.

Fons vestibuli pro foribus ædium.

Ecce duos gemino fontes ex ore profundo

Ex alto, vates Pimpliadesq; bibunt.

Primus ego Laudor merito, celebrorq; per orbem

Totum carminibus, gloria magna mihi.

Murmur aquæ cytharæ voces imitatur, & ipsam

Crystallum splendor, pocula grata magis.

Est liquor ipse leuis, penetrabilis, atq; saluber

Corporibus, tali Salmacis ora lauat.

Salmacis est amoenissimus atque saluberrimus Cariæ fons de quo apud vitruuium Plinium, Ouidiumq;

Fons petrarius, seu roboretanus.

Deseruere suas sedes Helycone relicto

Musæ, nunc nostris mansio grata locis.

Vmbrifer ardentem hinc lucus promouet æstus

Solis, sydereum quum facit altus iter.

Non nihil antiquum hic, nec non venerabile quiddam

Ruris, apud prisca, quod fuit ante viros.

Multa mihi occurrunt, valde quod leter, amœna

Roboris vmbra tegit, me quoq; pinus amat.

Fons nouus.

Hactenus incultus subter dumeta latebam,

Nullus honor fuerat, gratia nulla mihi.

Exquirunt omnes quid sim decoratus, & ipsa

cur serpentino gutture lymphæ fluat.

Quid

*Quid nouus existam, & sitibundis gaudia præstem,  
 Atque sacer Lethes condat in amne suo.  
 Forma theatralis quid sit mihi, & vndiq; fulgor,  
 Munera sunt princeps hæc Roderice tua.*

## Fons columnus.

*Hic vbi fronde nemus surgit, strepitatq; per umbras  
 Vnda nitens, nomen fons habet ex corylo.  
 Sunt hic ex viuo saxo sedilia, circum  
 Cætus Hamadryadum, Pieridumq; domus.  
 Conventus auium hic mæstas expectore curas  
 Sollicito pellit, dum redit alma dies.  
 Quum Galatea venit Nymphis comitata marinis  
 Per Lethem, potus eligit ipsa meos.*

## Fons castaneti.

*Castaneas inter placido cum murmure labor,  
 Lucus opacat humum, vitrea lympha rigat.  
 Sacra Diana bibit nostro ex humore libenter,  
 Quum sequitur varias per iuga summa feras.  
 Qui deffessus ades, latices hoc fonte viator  
 Ebibe, ne dubita, namq; salubris aqua est.  
 Si fors queris opem membris oculisque grauatis,  
 Quæ manat scatebris, protinus vnda dabit.*

D Magnus

Pityographiæ.

Magnus fons, sine puteus vnde alij qui sunt vsqz  
ad Episcopales ædes emanant.

*Me pater Oceanus tenebrosis mittit ab antris*

*Per niueos lapides, ventus ad alta refert.*

*Diues aquæ claudor cernit me nemo fluentem,*

*Nomina seduarijs fontibus ipse dedi.*

*Plenus in errantes porrexi brachia riuos,*

*Hinc fluit in tuculos vnda superba meos.*

*Naiades hic veteres solito de more choreas*

*Exercent, quando Sol micat arce poli.*

Fuente sin nombre.

*Præfulis ipse manus, oculos frontemq; serenam*

*Proluo, Gallorum quum redit vrbe libens.*

Fuente del terrero.

*Ecce duos gemino fontes ex ore profundo,*

*Me celebrant vates, Thespiadesq; bibunt.*

Fuente del castañal.

*Castaneas subter placido cum murmure labor*

*Lucus opacat humum, nostraq; Lympha rigat.*

Fuente nueua.

*Fons nouus & gelidus sitibundis gaudia præsto,*

*Cui serpentino gutture manat aqua.*

Fuente da beleyra.

*Hic vbi fronde nemus surgit, strepitatq; per vmbas*

*Vnda nitēs, nomen fons habet ex corylo.*

Fuente de la pedrera.

*Hic*

*Hic Musæ dulces habitant Helycone relicto,  
 Roboris vmbra tegit, me quoq; pinus amat.  
 Atca de las fuentes.*

*Mater in errantes dispergo brachia riuos,  
 Hinc fluit in titulos vnda superba meos:*

Ad Lethem fluuium clarissimi Doctoris Roderici Pina-  
 rij Portugallensis Episcopi villam præter laben-  
 tem, cuiusdam viatoris cum respon-  
 sione percontatio.

**L** Ethes vnde (refer) taurino cornua vultu  
 Erigis? & letus placido luctamine claras  
 Ducis aquas? niueos inter strepit vnda lapillos,  
 Lenior ac solito spatiosis vallibus errans,  
 Per tacitas ripas summisso murmure pontum  
 Sponte tua repetis? diuinaque carmina Musæ  
 Maiades stagnis resonant, & piscibus omnes  
 Impositæ flauos per candida colla fluentes  
 (Præcedente lya) cedrino pectine crines  
 Gaudentes inarant? varia circumq; supraque  
 Assuetæ fluuiio volueres modulamine vocum  
 Aera per mulcent, lucoq; morantur ameno.

Vndiuagæq; volant anates, summasque per vndas  
 Ceruleas inter Nymphas crepitante feruntur  
 Cætu. littoreæ fulicæ, gauriæque petaces  
 Adsunt, extremasq; refert de rupibus Echo

A Maia regione  
 sic dictæ.  
 Hactenus per in-  
 terrogationem.

Echon reciprocos  
 tio vocis.

Pityographiæ.

Voces, auricomus nostrum Sol clarior orbem  
Illustrat, querulisq; crepant spineta cicadis.

Alma viret tellus, florescit in arbore ramus  
Ante diem? platani nemorosa fronde nitescunt,  
Frondescunt loti, pascuntur collibus hœdi,  
Dumosaq; gemunt torquati rupe palumbi  
Plaudentes, haustus pecudes, & frigora quærunt.

Insultant vituli pariterq; in vallibus agni.  
Nil mœstum natura tenet, depastaq; sæpes  
Mellilegis apibus perdulces carpere somnos  
Hortatur, nullis queritur coma pinea ventis.

Alias Leuibus.

Quadrupedesq; silent, modulatio Musica totis  
Saltibus auditur, syluosa cacumina Linqunt  
Cornigeri Panes, speciosaque Gratia sacras  
Inter Naiadas choreas de more vetusto  
Exercet, facili sequitur quam Cynthia motu.

Latanturque senes, iuuenes, castæq; puellæ,  
Solque suos retinet cursus, sua plaustra Bootes.

Vix hæc, quum Lethes rediuntus crundine frontem  
Stillantem viridi respondit amice viator  
Non minor est animo, quam quæ fuit ante voluptas,  
Me quum apellauit Romana potentia lethem,  
Et populus victor veterum de more parentum  
Phœbe tibi ludos nostras celebrabit ad vndas.

Omnia leta facit præsentia Præsulis ipsa  
Portugallensis (digitog, ostendit euntem  
Per medios hortos, & sacra sacella petentem)

Non

Nam quoties claram festinans deserit urbem,  
 Et celeri properat cursu, villamq; reuisit  
 Ipse suam, placidus taurino cornua vultu  
 Tollo, & sponte mea suppresso murmure vastum  
 In pelagus redeo tacitus, Nymphæq; sequuntur,  
 Purpureosq; legunt herbofo margine flores  
 Certatim, Ambrosias, ferulas, vacinia, calthas,  
 Imponuntq; suis fragrantia ferta capillis.  
 Omnia leta uides, resonant virgulta canoris  
 Lusinijs, merulis, sturnisq; loquacibus, inque  
 Roboreis vmbrijs spaciuntur Oreades vltro.

Atq; etiam cytharæ vocem, tibiasq; sonantes  
 Necnon dulce melos, bombosq; imitantur acutos  
 Sibila ventorum, vernali tempore flantum.  
 Nunc etiam teneris pecori gratissimus herbis  
 Est ros, ac terræ genitalia semina poscunt,  
 Lentaq; naucleri feriunt quoq; cærule tonsis.

Nisus rex in auem sui nominis conuersus filiam suam Scyllam in Alaudam conuerfam ad huc in sequitur hostis pro raptō capillo, quam fabulam Ouidius trās formationum libro scribit.

Altiuoletq; grues, sublimis & ardea tutum  
 Carpit iter cælo, metuit nec Scylla parentem.

Capripedes Faunos, Dryadas, volucresq;, ferasq;que  
 Pastoresq; gregum, reuerendaque nun. in a syluæ  
 Ducit Amor castus Tyrio velatus amictu  
 Per streperos riuos, per mollia prata per hortos  
 Irriguosq; locos, madefactaq; fontibus antra  
 Cui frons puniceo fulget redimita galero,

Casti amoris  
 (quem Græci An  
 terota vocant )  
 per quàm elegās  
 descriptio.

Cruraque

Pityographia.

Cruraque cinguntur rubeo formosa cothurno,  
Atq; Orientali crines nodantur ab auro.

Ipseque per medios cinctus caua tempora clavis  
Gemmis incedens, cythar am quoq; pulsat eburno  
Plectro, mellifluaq; canit per deuia voce.

Qua; puer nudis graditur pedibus, per amœnos  
Fundit humus flores, & candida lilia surgunt  
Obuia, quæ niueis simul & violaria plantis  
Calcat, & astriferum vultu suspectat Olympum.

Lanigeras etiam seruat, qui montibus hisce  
Nunc Phorbas hirsutus oues, gracilesq; capellas  
Cum Corydone suo, Tymber cum Daphnide, Lacon  
Robustusque Creon, Tyrrhus, Gorgonius Almon  
Pantolabosq; senex, sagatus Thyrsis & Ægon  
Lotophagus, Labrax, Petronius, Anser & Argos,  
Cumque Numantino saltator Gellius, vmbro  
Phyllidis ad veteres ornos modulantur amores,  
Et modo cantando, digitis modo sepe micando  
Inter se, pingues delectant carmine fordas.

Pastorum nomi  
na.

Fordæ appellan-  
tur grauidæ bo-  
ues, sic aferendo  
dictæ.

Præterea gaudent genialia rura, menusque,  
Parturit omnis ager, pluuiosos pampinus Austros  
Non horret, Zephyrisq; tepentibus arua virescunt  
Atq; sinus laxant, veniat qua succus in herbas.  
Nec regio est vlla horizonte salubrior hac nunc  
Nostro, cuiq; magis faueat clementia cæli.

En ego quem cernis valida viridiq; senecta  
Et nitido vultu præstantem (vera fatebor)

Amorum

Amorum nuper compleui millia quinq;  
 Mille super messes & septem secula, vix que  
 Pectoris aut capitis per sensi aut corde dolorem,  
 Atq; meas inter gnatas ludog, vagor que  
 Quam libet, inq; choris exornant tempora bacca.

Horrifer haud Boreas, sublimi auertice flado,  
 Sollicitat vastum reuoluto turbine pontum.

Et quoties urbem Gallorum dapsilis Heros  
 Intrat, conspicuo circumuallatus honore,  
 Omnia tristantur mox, quae modo leta fuere.  
 Dixerat, atque caput liquido sub gurgite mer sit.

PITYOGRAPHIAE  
 Finis.

---

DEO optimo maximo, cui omnia acc-  
 pta, refero, immortales gratias a-  
 go sempiternamq; gloriam  
 totamente tri-  
 buo.

Hoc est a condi-  
 to mudo ex quo  
 oia sunt a Deo  
 creata, nam veri  
 simile est ab illo  
 tempore Lethé  
 extare.

Pityographiæ.

ANDREÆ MARSPINI FLORENTINI  
Poetæ Laureati, ad Cadabalem Grauium Calydonium  
non vulgare carmen Monocolon, quo eiusdem  
sublimis atq; rarus, in vtroq; scribendi ge-  
nere merito commendatur stylus, cum  
totius operis argumento.

**Q**VI te tale domi Cadabal Calydonie carmen  
Composuisse putat, simul & sermone soluto  
Sic florere tuo, vero deceptus aberrat.

Namq; tibi summo Parnassi vertice totum  
Quicquid ab ore fluit, magnus dictavit Apollo.

Funera sic Pitys scribis Panosq; laborem,  
Et lachrymas Atys, Cybelesq; gementis amores.

Præfulis egregias laudes, titulosque decusque  
Maiorum, necnon meritos virtute triumphos,  
Vnguibus armatum fortem Libycumq; leonem,  
Ornatamque noua ponti prope Littora villam  
Forma, regales ædes, sacrata sacella.

Ausonidum Lucos, Dryadas, Nymphasq; canentes,  
Irriguos fontes, medioque ex amne loquentem  
Antiquum Lethem, placidum ac probitatis amorem,  
Gaudia pastorum frondoso in rure canentum  
Phyllidis ardores, sic omnia denique pingis,  
Vt te pro ingenio Rhodium credamus Homerum,

Vbi quondam Iu-  
dos Apollini ce-  
lebrauere Roma-  
ni, vt refert le-  
thes.  
Cred. i. credere  
debeamus.